



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

5. S. Pius V. Pontifex Maximus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

hil abominabiliūs ingrato, & immemori  
animō.

## Festum Sanctissimi Pii V. Pont.

Max. ex Ordine S. Patris Dominici.

### EXHORTATIUNCULA I.

**O** Fili ! verè datus est orbi hic sancti  
Dominici Filius ad conterendos  
Ecclesiæ hostes ; & ad reparandam Dei  
gloriam , etiam ab ipsis Christianis sordi-  
dè neglectam. O si haberemus plures  
eiusmodi Pios ! Habebimus , si bonis  
moribus , studio virtutum , & SS. Eccle-  
siæ præceptis omnem impenderimus co-  
natum , & operam . Sic statuamus !

### *Instructio meritoria.*

Pro omnibus in vinea Domini consti-  
tutis operariis, ut verbo , & exemplo Ec-  
clesiæ producant fructum centesimum,  
*Litanias de omnibus SS. oremus*, No-  
ménque S. Pii interponamus , per diem  
sæpiùs coram Crucifixo genuflectendo  
cum gemitu : *Te ergò quæsumus, cuius fa-  
mulis subveni c'c.* Hic sanguis clamat  
ad nos.

II. Ho-



## II.

**H**Onores ô quantum non mutant mores! non ita in S. Pio. Electus Pontifex eandem tenuit vitæ rationem, quam priùs ut humilis religiosus; quin auxit labores cum fervore pro restituenda disciplina ecclesiastica. Fili! vita nunquam mutari debet, nisi in melius. Crescunt quotidie Dei gratiæ, & cœli beneficia; crescant & in nobis virtutum opera. Et non promerita deerunt præmia. Magnus si quis vult esse in hoc sæculo, vivat ut Pius.

*Instructio meritoria.*

Ut in filiis Ecclesiæ cadat cum turpi ambitione fastuosa superbia, & elationis spiritus, humilitásque Christi Jesu dominetur cordibus nostris, nihil loquamus bodie vel in laudem propriam, vel in alterius despectionem. Insuper coram Sanctissimo ter inclinatō capite, & expansis brachiis *Quinque Pater & Ave orandō adjunctā clausulā: Christus factus est pro nobis humilis usque ad mortem.* Oratio: *Respice quæsumus Domine! super hanc familiam tuam &c.*

Qua-

Qualis Magister, talis & discipulus : Jesus humilis corde, humilis & ego.

## III.

**M**odicæ fidei ! cur ita tristis, desolans  
est anima vestra ? in angustiis ha-  
ret, & pressuris afflictionum : Quid  
cum ? Ecce ostendam, ubi quæramus affi-  
stantiam ? Periclitabatur tota Ecclesia ob-  
turcarum potentiam. Quid S. Pius  
flectit coram Crucifixo, orat pro Matre  
& certantibus filiis. Et ô mirabilem vim  
orationis ! jam insonat læta victoria.  
Hanc dare, solius est Dei : Hominis au-  
tem orare, & invocare dexteram Excelli.  
Mendici, inopes sumus ! Eamus ! Pul-  
semus !

*Instructio meritoria.*

Crucem Domini erigamus in cubicu-  
lo nostro, & pro nostris, tum & Roma-  
næ Ecclesiæ necessitatibus sæpius coram  
Crucifixo flectamus, orantes quinque  
*Ave cum oratione notissima : Deus re-  
fugium nostrum, & virtus. Nunquam  
à Christo ! Nunquam sine Crucifixo!*

Fe